Fragmentarium

ueſ ſtantes ſecus ſtagnum; Piſcatores autē
deſcenderant & lauabant retia; Aſcen
dens autem in unam nauem quae erat
ſimonis; rogauit eum a terra reduce
re pusillum & ſedens docebat de nauicula
turbas; Ut ceſſauit autē loqui dixit ad ſimo
nem; Duc in altum & laxate retia ueſtra
in capturam; Et respondens ſimon dixit illi;
Praeceptor per totam noctem laborantes
nihil coepimus in uerbo autē tuo laxabo rete;
Et cum hoc feciſſent concluſerunt piſcium
multitudinem copioſam; Rumpebatur autē
rete eorum; et annuerunt ſociis qui erant
in alia naue ut uenirent & adiuuarent eos
& uenerunt & impleuerunt ambas nauiculas
ita ut poene mergerentur; Quod cū
uideret ſimon petrus procidit ad genua ihu
dicens; Exi a me quia homo peccator ſum
domine; Stupor enim circumdederat eum & om
nes qui cum illo erant in captura piſcium
quam ceperant; Similiter autē iacobum et
iohannem filios zebedei qui erant ſocii ſimo
nis; Et ait ad ſimonem ihs; Noli timere & ho

License: cc-by-nc – Müstair, Benediktinerinnenkloster St. Johann, XX/48 Nr. 1a-i, Ruler on page – Evangeliary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-eb3a/1437/19007)